



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Memoria Crucifixi Berytens. 9. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

*Si tam sollicitè corporalis fugitur mors, ut nemo mori velit, quantum fugi debet æterna? Si momentanea rationabiliter sunt evitanda tormenta, quæ finem habent, quo animo fugienda sunt omni sine carentia.*  
S. Laur. Iustin. c. 17. de Contemptu mundi.

MEMORIA CRUCIFIXI BERYTENS. 9. Novembris.

**N**imirum facile *Christo* cum Carpo hodie credemus, velle illum iteratò pro nobis mori, si modò vivere nos velimus. Berytus civitas est Tyro & Sidoni contermina. In hâc sub annum DCCCLXV. habitare inter spinas lilia, hoc est inter Hebræos Christianos, vidisses. Et fortè Christianus ædibus suis Iudæo cessit, alioque migravit, oblitus secum ferre nobilissimam & ab omnibus retro majoribus acceptam hereditatem *Christi* imaginem cruci suffixam, opus ab artifice manu ipsius Nicodemi commendandum. Spectasses in nepotibus suis antiquos Servatoris hostes, & non jam odii simulachrum, sed ipsissimum veteris impietatis bellum. Iterum *Christus* vincula fert, & captivus triumphatur, agitur, raptatur. Iterum sputa volant, alapæ insonant, flagra crepant, spinæ se armant, clavi malleique intonant. Iterum fel, & felle suo acerbior

704 VITÆ SANCTORUM. 10. No-  
brior lingua sãvit. Denique (ô-cali pa-  
tientiam!) iterum pectus ferro impio  
petitur; atque, ut ne aberrasse existimes,  
iterum fons geminus sanguinis & undæ  
fluit. Hic omnium morborum medicus  
febres pellere, lepram abstergere, clau-  
dos in pedes erigere, ipsis denique sce-  
leris auctoribus oculos ita aperire, ut  
tam cæci nuper fidei tunc lumen aspice-  
rẽnt, miraculo hoc gratiore, quòd urbs  
tot jam Longinos, quot paulò ante  
Iudæos numeraret. *Ex actis Nicenæ  
Syn. II.*

*Cum ponis oculos tuos, ut non respicias  
calum: & voluptiosis carnis tuæ motibus  
moveris, durioribus clavis pedes Omni-  
potentis transverberans illi infers suppli-  
cium, dum momentaneâ voluptate volun-  
tatem dominantis excludis. S. Pet. Dam.  
ferm. 38.*

S. THEOCTISTA V. 10. No.

**R**estius hoc die Lesbos THEOCTI-  
STAM, quàm olim Sappho suam lau-  
dat. Apage decimam Musam, quæ virgo  
non est. At quam scribimus, THEOCTI-  
STA, inter virgines sacras à primis  
annis educata virginitatem etiam ipsa  
spirat, gratissimum odorem illi, cui ode-  
raturum mundus non abstulit. Et potuere  
THEOCTISTÆ libertatem eripere A-  
rabes prædones, sed non pudorem proin-  
de,